



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

21 Regulares non possunt pulsare suas campanas in die Sabbati majoris hebdomadae, antequam campana Cathedralis, vel majoris Ecclesiae pulsetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

ras, vel alias poenas Episc. bene visas, ut in
eisd. decis. in fin.

19 Sunt etiam regulares ꝛ Episcopo sub-
jecti in observatione dierum festorum,
quæ in dicecesi sua servanda Episcopus
præceperit, censurasque & interdicta, ne-
dum à Sede Apostolica, sed etiam ab Or-
dinarijs promulgata, mandante Episco-
po, in eorum ecclesijs publicare, & servare
debent, c. de h. u. 12. dist. & Concil. Trid.
c. 12. de reg. & monial. sess. 25. Ritus tamen
eorundem regularium dictis diebus festis,
quoad lectiones, Episcopales, Evangelia &
similia, debent servare; in sacris verò
lectionibus, & concionibus servari debent
ab ipsis illa Evangelia, & Epistola, quibus
clerus secularis utitur pro more, & instituto
illius ecclesiæ, ut ibi in verbo, servantur.

20 In monasterijs etiam, ꝛ domibus virorum,
seu mulierum, quibus imminet animarum
cura personarum secularium, præter eas,
quæ sunt de illorum monasteriorum, seu
locorum familia, personarum regulares,
quam seculares, huiusmodi curam exercentes
subsunt immediate in ijs, quæ ad dictam
curam, & sacramentorum administrationem
pertinent, jurisdictioni, visitationi, &
correctioni Episcoporum, in quorum dicecesi
sita sunt.

Nec ibi aliqui, etiam ad nutum amovibiles,
possunt deputari, nisi de eorundem
Ordinariorum consensu, & prævio examine
per eum, & eius Vicarium, ac examinatores
Synodales faciendo. Concil. Trid. c. 11. de
reg. & mon. ead. sess. 25. & ibi congregatio
Conc. in decis. 1. ubi notatur in fine, quod
Clemens VIII. mandavit servari dictum
decretum, in quo excipiuntur aliqua
monasteria, & capita ordinum, non obstante
constitutione Pij Quinti, qua voluit, ut in
omnibus ecclesijs parochialibus, in quibus
cura animarum etiam laicorum exercetur,
habeant Ordinarij facultatem eas ecclesias &
personas visitandi, & ut supra corrigendi.

Et, ut debitus honor ꝛ matri ecclesiæ
reddatur, tam regulares, quam clerici
seculares, etiam super hoc Apostolicæ
Sedis privilegio muniti, die Sabbati
majoris hebdomadæ, antequam campana
Cathedralis, vel majoris ecclesiæ pulsetur,
campanas in ecclesijs suis pulsare minime
possunt. Contrafacientes autem poenam
centum ducatorum incurrunt, ut in
Bull. Leo. X. in Bull. c. 27. post. med. vers.
& ut debitus, & ita fuit etiam à sacra
congregatione Cardinalium sub die 10. Octobr.
1586. decisum, ut in decis. quæ incipit, lecto,
vers. Quarto Ordinarij.

DE SYNODO.

Cap. IX.

S V M M A R I V M.

1 Conciliorum quatuor sunt genera, cur, à
quibus, & quando sit Provinciale
Concilium celebrandum.

2 Concilij Provincialis celebrandi loci ad
Archiepiscopatum spectat electio.

l. 3.

ad.